

V C
5379



h. 5, 20

Handwritten text and decorative elements on the right edge of the page, including a large initial letter 'C' and other illegible characters.



RECTOR ET CONSILIUM ACADEMIÆ VVITTENBERGENSIS PUBLICUM.

Magna oppidò vis precum est, quas, pro salute Optimorum Principum, privatim & in publico allegant Deo pii omnes & amantes Patriæ concives. Nam ut vices ejus ipsi sustinent in terris, ita vel beare bonos, vel punire malos solet regionum incolas, benignum iratumvé Numen. Jam illorum crimina in Principe, jam Principis excessus vindicat in civibus. Ut ergo imperantes, sic obtemperantes causas habent plurimas, cur de precum efficaciâ laborent sollicitius. *Coronam Capitis amisimus, Caputq; ipsum*, Principem videlicet Piissimum, JOH. GEORG. IV. quia irritavimus per negligentiam, & nimiam securitatem, patientiam Omnipotentis. Fato gravi premitur Saxonia Electoralis hæc; dum tribus, intra annos tredecim, orbata Ducibus Augustis est. Non hi obiter contingunt magni funestiqve casus: plura ominatur, & minatur infortunia, ni vitæ mores corrigamus perditissimos, divina Providentia. Agamus poenitentiam mature igitur, in emendatiorem resingamus habitum corrupti genus genii! recogitemus, nostram pariter rem agi, dum proximus ab Ortu & Occasu ardet paries. Ruinæ semper genitrix securitas, nemoque citius opprimitur, quàm qui contemnit hostem, aut nil timet. Hostibus & multis, & potentibus, non destituimur; ad indulgentiam coelestem erigamus animos, ac deprecemur crimina commissa. Procul gulæ, procul & saginæ sunt studia, proculqve turbæ, ac negotia cætera maleferiati moris. Agite, ò NOSTRI, serio lasciviam cohibete omnem, inconsultos impetûs restringite; dum inter publicas ærumnas animis luxuriare dedecet. Rogationum hodiernus ipse dies, in memoriam revocat, necessitatem. Supplices rogemus Numinis clementiam, ut novo PATRI PATRIÆ, ELECTORI Serenissimo, Clementissimoque Domino, DN. FRIDERICO AUGUSTO, novum, à divina bonitate, fidus oriatur! ut Imperium, Germania, Saxonia hæc universa, in sacris & civilibus experiantur FRIDERICUM *Sapientem*, & AUGUSTUM *Felicissimum*! Respublica inprimis literaria & Ecclesia orthodoxa maxime propitium & *fortissimum Achillem*! Fiat, fiat! P. P. Dominicâ ROGATE, Anno salutis restauratæ, clò lbc XCIV.

FK 5379

RECTOR
ACADEMIAE

Agna opido vis pre
pice allegant Deo pi
stinger in certis na vo
natum Nunc
in civitas. He ergo imperantes in
cia laborant sollicitus. Gubernat
JOH. GEORG. IV. pva itera in
centis. Fato gravi procul saxo
cous Augustis est. Non in edice
infortuna, in hie hores corrigam
tore igitur, in emendationem re
er rem agi dunt proximus. O
thode eius opprimere, dunt de
cipus, non deservunt; ad indulg
milla. Procul gulse, procul & sagi
moris. Agite o NOSTRI, serio
interpublicas armis animis luxu
revocat necessitatem. Supplices re
CTORI serenissimo, Clementissimo
bonitate, idus oratur! ut imperium
antur FRIDERICUM Japientem, &
Ecclesia orthodoxa maxime propie
GATE, Anno salutis restauratae, ca



ULB Halle
002 064 693

3



VD 77





USILIUUM ERGENSIS

m Princip
s. Nam
et regionu
m Princip
ilurimas, c
rincipem
ritatem,
u annos t
cis: plura
ia. Agan
ui! recog
emper ge
i Hostib
tac depre
rac negot
ultos imp
iernus ip
ovo PA
AUGUS
ta, in fac
aespública in primis literaria &
E, fiat! P. P. Dominicâ RO.
C



Rem
war
me
ried
nen
rich
dem
rg
del
nd

